Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars II.
Wien, 1800 Seite 1143
Quelle:
Copyright:

XX. *fol.* 135. Trias *Sermonum* Ejusdem nempe XLV. XLVI. XLVII. *de Diversis*, ut leguntur T. III. *cit. col.* 1180. Prior de varia Trinitate: *Beata illa et sempiterna Trinitas* &c. Duo subsequi in illud: *Ave Maria gratia plena. Non in sola virginitate* &c. et: *Bene plena quia Deo* &c. Hi duo nobis *Exceptiones* inscribuntur.

XXI. *fol.* 135. p. 2. *Incipit prefatio sancti bernardi super gradibus humilitatis.* Praeit tamen Particula *Retractationis*, qua Titulus Operis defenditur. Initium Praef. est: *Rogasti me frater godefride quatenus ea* &c. Illam excipiunt *Capitum* Summaria utriusque Partis, diversa ab iis, quae praefert Editio T. II. *col.* 559. Tandem ipsum Opus: *Locuturus ergo de gradibus humilitatis* &c. Omnia integra.

XXII. *fol.* 141. p. 2. *Incipit liber beati bernardi de precepto et dispensatione.* Et quidem a Praef. ad Monachos *Carnotenses*; Epistola enim ad Abbatem *Calumbensem* ad calcem reposita est. *Quamente iam tacebo* &c. ut T. *cit. col.* 499. Ceterum nihil deest.

XXIII. *fol.* 147. *Incipit liber apologeticus ad dominum Guillelmum abbatem sancti theodorici.* Absque *Praefatiuncula* incipit: *Usque modo si qua me scriptitare insistis* (jussistis) *aut invitus* &c. Integer est, ut T. *cit. col.* erronee 327. pro 527. sed mendis non caret.

XXIV. *fol.* 150. in margine manu Sec. XV. *Bernhardus ad fratres* (Carthusianos) *de monte dei.* Verum expende *Admonitionem* Dissertationi huic epistolari praefixam edit. *cit.* T. V. *col.* 195. qua vindicatur Abbati S. *Theodorici Guillelmo*, seu *Willelmo Bernardi* amico mox memorato, unde et incipit: *Dominis et fratribus H.* (aimoni) *priori et ceteris W.* (illelmus) *sabbatum delicatum. Pene impudenter* &c. Abest a Praefatione totus ille Locus: *Dividitur autem illud Opusculum* &c. Cetera integra sunt.

XXV. *fol.* 158. *Incipiunt meditationes beati bernardi.* Nempe: *Multi multa sciunt, et semetipsos nesciunt* &c. ut edit. *cit.* T. V. *col.* 319. ubi ab *Bernardo* abjudicant Editores, quorum, si libet, rationes ibi vide.

XXVI. *fol.* 162. *Incipit regula beati augustini.* Addunt Edita T. I. *Opp. Paris.* 1689. *col.* 789. *Ad Servos Dei.* Initium est: *Ante omnia fratres karissimi diligatur deus* &c. Nihil in Codice deest.

XXVII. *fol.* 163. reditur ad *Bernardum*, et quidem Epistolam, ut praefert Rubrica: *Ad Robertum nepotem suum qui de ordine cisterciensi transierat ad cluniacensem.* Est illa T. I. *edit. suprac. col.* 1. Prima *Epistolarum* et incipit: *Satis et plusquam satis sustinui* &c. Integra in Codice.

XXVIII. *fol.* 164. p. 2. ἀνεπιγράφως ab alia, aeque tamen vetusta manu Sermo, qui incipit: *Sicut tabernacula cedar, sicut pelles salomonis. Hinc incipiendum quia hic desiit sermo superior* &c. XXV. videlicet *in Cantica Cantic.* Parentat hoc Sermone *Bernardus* fra-